moni et de hac luce decedere contingent, Ex tunc eadem Generosa Hala seu Hanna Podlaska Consors sua bona supra scripta omnia et summas pecuniarias morte praedicti mariti sui derelictas cum omni eorundem Iure Dominio et proprietate competentibusque et pertinentiis quavis omnibusque et singulis eorundem Utilitatibus et Usufructibus tenebit habebit et possidebit illisque quiete et pacifice Uti fruetur hac ad extrema duntaxat vitae suae tempora, Postfata vero praefata Hala Consorte sui ex tunc praedicta bona et res generaliter omnia Inscriptioni praesenti subiecta morte praedicti mariti sui sine quovis impedimento et Contradictione Successorum praedicti Consortis sui totaliter et plenarie devolventur, Similiterque si prius praefatam Generosam Hala seu Hannam Podlaska Consortem suam gratiosum ipsum Generosum Stanislaum Perleski mariti sui mori contingent, ex tunc idem maritus bona supra scripta generaliter omnia morte praedictae Consortis suae derelinquenda cum omni Iure Dominio et proprietate tenebit habebit et possidebit illisque quiete et pacifice ad extrema duntaxat Vitae suae tempora Uti fruetur, post mortem vero et de hac luce decessum eiusdem mariti sui; Ex tunc bona supra scripta morte eiusdem Consortis derelinquenda ad Successores suos sine quovis impedimento et Contradictione Successorum mariti sui totaliter et plenarie devolventur, Actis suis praesentibus personalibus Recognitionibus ad Commissum mediante.

357 **Maytkowska Inscriptionem Donatoriam Approbat.**

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosa Catharina Maytkowska Generosi Andreae Maytkowski Dubiensis ... cum Generosa Anna Romanicka procreata filia Generosi vero Ioannis Chłopecki Consors ultima Cum assistentia eiusdem supra scripti mariti sui ut Tutoris Conjugalis tum Generosi Petri Jaworski fratris sui ammittalis authoritate et assistentia, Sana mente et corpore existens, a Iuribus Dominiis Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi ... Inscriptionem quo ad Actum mortem attinet ... et successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque ... publice et personaliter recognovit. Lina ipsius super Inscriptionem Donatoriam

Donationem Sortium in Villa Chłopczyce in Terra Praemisliensi
iacent. in eadem Inscriptione superius specificatarum Sincero Reformatorio
onerata perveniendam Nobilem Marianus cum mentem Illustrissimo et
Admodum Rev[erendissi]mi Georgii Hoszowski Episcopi Premisliensis Rmo
Fisci Coram Actis praesentibus Feria Quarta ipso die Festi Sanctae
Priscae Virginis et Martyris Anno praesenti facta et recognita consentit
et eandem approbat, de iureque suo Reformatorio ad eosdem Nobilitatis
... suo super Sortibus ysdem se se extendente cedit et simpliciter renunciat
Nihil Iuris proprietatis et quincunque competens sibi Praerogativa ad bona supra
scripta Sibi reformandi Iuris eidem Iure suo ad supra scripta bona se se tan-
tummodo referentes Renunciando. Tunc sua praesenti Recogni-
tione ad praemissa omnia mediante.

Konopacki Moszkiewicz
Cedit

1357

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitan.
Premisliensis Generosus Marianus Konopacki olim Nobilis Martini Konopacki fi-
lius, sanus mente et corpore existens a Terrestribus Districtibus Iudiciis Iurisdictio-
nibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti Iure Castrensi
Capitan. Premisliensis Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet seque suis
sortibus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando
atque subiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse
suo et Nobilium Ioannis et Stanislai Matthiae Martini Sophiis olim Nobilis
Zaratam Consortis relictos Viduis et Reinae Konopackieł cum Nobili Agne-
te Zabella de Brzezinij secum Recognoscente procreatos filios et filiam in
Successionem data habere Cavet, et se praesentibus inscribit nomine De
omni et integro Iure suo infra scripto Videlicet de Summa Quingen
tum florenorum Polonicorum primum et originaliter per Generosum Iacobum Ziemer